

Wf
347



U

L

DI

(*) Ge
c. 17

(e) Gef
figur, la

A





^{A. D.}
URNA SAXONICA. QVADRI-LATERA.

SISTE. VIATOR.

Ecstasi correpte, oculisq; illustra

URNAM SAXONICAM.
SUFFRAGIORUM.

Quam

FATALEM. ET. FERALEM. ESSE.

Quilibet,

Cui datum est suffragium,

affirmabit.

Dum

MAGNI. PRINCIPIS. JUVENIS.

Supra omnem laudationem insignis,

Omnis generis ne vulo immaculati,

Cujus immortalitas immortalitatis memoria celestis est,

ILLUSTRISSIMI. AC. CELSISSIMI. DOMINI.

DOMINI. CHRISTIANI.

verè Christiani

DUCIS. SAXONIÆ. JULIÆ. CLIVIÆ. ET. MONTIUM.

LANDGRAVII. THURINGIÆ. MARCHIONIS. MISNIÆ. COMITIS-PRINCIPIS. DITIONIS.

HENNEBERGICÆ. MARCÆ. ET. RAVENSPURGI. DYNASTÆ. RAVENSTEIN. &c.

DOMINI. ET. PRINCIPIS. IN. VIVIS. CLEMENTISSIMI.

Inopinatum

ABITUM & OBITUM

præmaturum,

die in nominali (a)

V. JUNII

Anno corrente M. DC. LXIII.

Factum

Considerabit:

Dieque lugubri

in

Templum arcis Altenburgicæ

collocatam,

positam,

ibidemq; servatam

& immortalitati commendatam.

Hieroglyphicis characteribus & literarum notis

Ornatam

Opere, non quidem encaustico

sacratam,

Nec ex ABSINTO (β) gemmâ

fabrefactam

ASBESTINO tamen involucre

involutam

ab

ADAMO. HABERKORNIO. MED. D. ARCHIATRO.

CELSISSIMI. PRINCIPIS. SAXON. DN. MAURITII.

&

PHYSICO, PENES. CIZENSES. ORDINARIO.

(a) Gell. lib. 6.
c. 17.

(β) Gefner. lib. de
figur. lap. p. 56.



(v) Alex ab Alexand.
lib. 5. c. 10.

Qua
Licet uratur,
tamen
Non comburatur
Nec
ab Acadino fonte (·) si injiciatur,
absorbeat,

Sed
Servetur in aeternum,
Defunctiq; nostri

PRINCIPIS
PRINCIPUM. GEMMÆ.

Diutinam

Si

Non in pulvere & cinere,

tamen

in chartis

VITAM. CONTINEAT. IMMORTALEM.

VIVIT

enim

NOSTER. PRINCEPS.

URBIS. ET. ORBIS. AMOR. ET. DECUS.

VIVIT

in

hominum memoria,

ob

hanc ipsam chartaceam urnam,

non secus

Ac ignis in URNA, absque pabulo sive succendiculo, ardens in Sepulchro agri Patavini, juxta oppidum Alesta, tempore Hermolai Barbari inventa.

PU
CAP
MER
LO. M
IN. F

SENE
NOCH
RUTA
VULO.

GENI
QVIS. F

PRIM
BVS. C
SVCCII
DVBLA.
TA. FAC

* * *

HIEROCLYPHICA:
INGRESSUM. PROGRESSUM. ET. EGRESSUM.
NOSTRI PRINCIPIS

Præcipiti morte perempti,

non

URNÆ ROMANÆ.

Sive

TOREUMATI

Pheidicâ manu effigiati,

sed

Levi pennâ

chartis

in sculpta

&

calata

monstrant

in latere

I.

IN. MUNDUM. INGRESSUM.

PUER. ALATUS. ET. PHARETRATUS. ANTIQVUS. CONNUBIORUM. GENIUS. AUREO. UNDAANTE QVÆ. CAPILLO. CANDIDIS. MULTITIIS. ET. STRAGULA. PURPUREA NEGLIGENTER. TECTUS. AUREAM. HOMERI. CATENAM. E. COELO. DEPENDENTEM. UNA. MANU. RETINENS. AUREO. RECUBANS. LECTULO. MOLLI. CULCITRA. COMPOSITO. RUBRO. SUB. TENTORIO. CONOPEO. CIRCUMDATO. RAMIS. IN. HORTO. AMOENISSIMO. SUSPENSO.

Cujus areolas

REGIA. LAURUS.

immortalis

CEDRUS

odorata

MYRTUS

&

VINCETOXICA. RUTA.

ubiq; vestit

Undiquaq; vasa artificis manu affabrè facta

Malis Citriis, Medicis & Apyrinis coronata,

Quæ Atlantes, Molossi, aliq; gerunt belua.

Ibi pulvinos FLORA floribus,

aliogvin caducisimis

est

elegantissimis,

ANEMONE. ADONIS ex sanguine nato,

NARCISSO. ENarcisso puero, ob sui in aquâ conspectum

enecato & orto. &c.

A Latere est

SENEX. ANNOSUS. EVUM. DICTUS. IN. AULA. ELEGANTI. QVODAMMODO. STEREOBATA. INNITENS. CUIUS. LATERA. MONOCHROMATEIS. IMAGINIBUS. PICTA. PUERUMQVE. ALATUM. FIXIS. INTUITUR. OCULIS. OSTENDIT QVE. PLANTAM. RUTACEAM. E. CORONA. AUREA. NASCENTEM, CUIUS. SITIM. FON. PERENNIS. STYLOBATÂ. ORNATUS. DIDUCTO. REVULO. EXTINGVIT.

Leva ad stat.

GENIUS. RAMUM. PLATANI. DEXTRÂ. HABENS. TRES, FORMOSISSIMAS. NYMPHAS. HILARE. PLAUDENTES. PRO. PEDISSE- QVIS. HABENS.

Quarum

PRIMA. AMICTU. PURPUREO. ABOLLA. SUPERIMPOSITA. VULTU. ATQVE. OCVLIS. SCINTILLANTI- BVS. COR. ARDENS. TANQVAM. CHARITATIS. IGNEM. PRÆFERENS. ALTERA. OB DVCTO VELO. STANS. SVCCINCTA. CROCOTA. ET. HVMEROS. TEGENS. IMAGINEM. CRUCIFIXI. FIDEI. ARGVMENTA. NON DVBIA. EXHIBENS. TERTIA. SMARAGDINA. RENITENS. VESTE. BALTHEO. ARGENTEO. CINGTA. LÆ- TA. FACIE. ANCHORAM. MANV. TENENS. EXIMIAM. SPEM. IN. PECTORE. CONDENS.

Ille ostenditur

PRINCIPEM, NOSTRUM.

Ex antiquissima prosapia & Sangvine

REGIO. ET. PRINCIPALI.

SAXONICO.

Rutæ insignia gerente

Tanquam aureâ catenâ è cælo detractum fuisse;

SURCULUS. ENIM. EST.

MAGNI. WITTIKINDI. REGIS. PRIMIQUE. DUCIS. SAXONIÆ.

Qui ob virtutes, tot annorum centuriis, post mortem

MAGNUS. EST.

& manebit,

P A T R E.

ILLUSTRISSIMO, AC. CELSISSIMO. DOMINO. DOMINO.

FRIDERICO. WILHELMO.

DUCE. SAXONIÆ. JULIÆ. CLIVIÆ. ET. MONTIUM.

LANDGRAVIO. THURINGIÆ. MARCHIONE. MISNIÆ. COMITE-PRINCIPE. DITIONIS. HENNEBERGICÆ. MARCÆ. ET. RAVENSPURGI. DYNASTA. RAVENSTEIN. &c.

DOMINO. ET. PRINCIPE. MEO. CLEMENTISSIMO.

jam

Luctuosissimo.

MATRE,

etiam

ILLUSTRISSIMÂ. AC. CELSISSIMÂ. PRINCIPE. AC. DOMINA.

DOMINA. MAGDALENA. SYBILLA.

ET. NATU. ET. NUPTU. DUCISSA. SAXONIÆ. JULIÆ. CLIVIÆ. ET. MONTIUM. LANDGRAVIA. THU-

RINGIÆ. MARCHIONISSA. MISNIÆ. COMITE-PRINCIPE. DITIONIS. HENNEBERGICÆ. MARCÆ. ET.

RAVENSPURGI. DOMINA. IN. RAVENSTEIN. &c.

DOMINA. ET. PRINCIPE. MEA. CLEMENTISSIMA.

Mœstissimâ.

ing.

ARCE. ALTENBURGICA.

HUNC. SAPIENTIÆ. FLOREM.

Quò nil unquam quid elegantius efflorescere credas.

Quem nec ALCINÆ. ADONIDIS. HESPERIDUM quæ horti in delitiis habuerunt.

Purpureum viridi genuit de cespite FLOREM.

GENETRIX. PRINCEPS.

ibidemq.

Rore salutaris aqua

FLOS. HIC. RUTACEUS,

fuit perfusus.

II.

Latus

PROGRESSUM.

in

Vitâ educatione & studiis,

representat

GRAVIS. ET. HONESTUS. JUVENIS. BADIÆ. VESTE. IN. GENUA. DECRESCENS?

Cui

VIR. VENERANDUS. IN. PERIPATO. AMBULANS. IN. INGENTI. ET. NOBILI. PLUTEORUM. EDIFICIO.

nigra nuci asseribus affabrè dolatis, ac decore segmentatis, striatis undiq. columnis, ornato, innumera librorum receptacula.



in la & loculamenta continent, DEXTERAM SUPPONIT PROMOVENTI IN VIA ET PRO VEHICULO EST. UT ALACRIOR AD SPATIVM ITINERIS ET MERCVRII, HERMATHENAS ET COLUMNAS. (Marmoram unam, lateritiam alteram, triangulis, quadrangulis, circulis, serpentibus atq; innumeris animalibus refertas, sepecmq; artium liberalium Doctrinas continentes, caduceum in apice habentes.) DECVRRENDVM REDDA IVR. JUVENIS. PRÆDICTUS, acres, & ad omnem strepitum aures arrigit, VIRI calculos, omnium arcanorum, & Symbolicorum characterum declarationem expectat.

VIR

insuper

VENERANDUS

In pergulâ sub subgrundâ remorans,

JUVENI

Aream asarato eleganti ornatam, adis podium ingrediendum monstrat,

ibi

JUVENI. HUIC,

se associat alius, veste Hemantbinâ.

ALATO. DORSO. LEONI. INSIDENS. FEROCIENTEM. BELUAM. SERICIS. HABENIS. COERCENS. ARGENTEIS. TELIS. ARMATUS. QUARUM. CUSPIDES. EX. GLACIE. *Segniorum tepentia corda transverberans, & ad ipsam Sapientiam impellens, timorâ iictibus ad eam ultro concutiens, JUVENEM quæ PRIMUM. LAURO.*

Novem Apollinis Sororibus asidentibus

CORONANS.

MELPOMENE. CALLIOPE. CLIO. EUTERPE.

ex Jove & Mnemosine

hoc est

Intellectu & memoria pronatis.

THALIA. ERATO. TERSPICHORE.

ex Jove & Antiope

id est

Exercitatione & Æmulatione ortis.

URANIA. ET. POLHYMNIA.

ex Jove & Thassia

quod est

Divinatione genitis.

Vides huc

VIATOR

PRINCIPEM

Tonerrimâ in aetate, Informatore, rejectis popis & popinis, (hoc Ciceronis dictum considerantem: Qui bene imperat, paruit aliquando, necesse est.)

Obedientem,

Ipsius monitis cum comitate,

Obsequentem,

In discendo

avidum & navum,

In diligentia,

æmulum,

In eruditione

Principum speculum lucidissimum,

Impuber enim ad huc PRINCEPS,

Lactans adhuc VATES,

In sinu Musarum, earum delitium & ocellus factus, qui adhuc aetate Puer, Parnassi juga superiora superavit, atq; ad Musarum adyta, facili negotio, aditum invenit, sibi LAVREAS nequit immortales.

Hoc si quis ad Lydium rationis lapidem vocat, undique ad miraculum animus & lingua fatiscunt. Nam uti Junior DUX, Seniore Duce non ducit ad templum, sed praeit,

sic

PRINCEPS. HIC. JUVENIS.

in ipso juventutis flore, Literarum vernacularum & exoticarum, Theologia aliarumq; artium gloriam est adeptus, inq; hac re Excellens adultis omnibus, (inauditum exemplum, nec in aetatem debile!) praeit, sepius Poëta versiculos ruminans:

Non levis ascensus, si quis petat ardua, sudor plurimus hunc, tollis, nocturno in somnis olivo

A 3

immo

immoritur, delet, quod mox laudaverat in se,
qui cupit aeterna donari frondis honore.

Et

Non secus ac in tenellâ & musteâ Virgine Toletanâ, Aloysiâ Sigæâ, Paulus III. Pontifex Maximus: literas ad ipsum scriptas Latinè, Græcè, Hæbraicè, Syriacè & Arabicè, mirum in modum admiratus est, ita multiplicem literarum & artium notitiam, nos ingenioli hujus fructus (in viris etiam raros) admiramur.

III.

Latus

VIRTUTUM

Divinarum & humanarum

Percursum,

Per quas Spiritus & vita redit bonis
post mortem Ducibus:

Ostendit

HARPOCRATIS. SIMVLACRVM.

Philosophi insignis

qui

TACITVRNITATEM.

Summam virtutem esse docuit.

SACRIFICIIS. ISIDIS. ET. SERAPIDIS. APPOSITUM.

eâ formâ, ut

DIGITO. ORI. IMPRESSO. SILENTIUM. SERVANDUM. OSTENDERET.

Huc

ALTER. ASSIDEBAT. PHILOSOPHVS. SENEX. CANDIDA. CHIRODOTA. amorem erga omnes ostendens, ALI-
RIBVS. OBSTRVCTIS. in sanos obtreçantium susurros, contemnens, aliasq; affanias negligens.

PHILOSOPHI. HUIUS. COMITES. BINÆ. SUNT. VIRGINES. PVLCHERRIMÆ. IN. CEROSTROTO. AMBULANTES.

Prima. FRONTE. NITIDISSIMA. AVREO. CRINE. RIDENTI. ORE. SCINTILLANTIBVS. OCVLIS. SPE-
CTABILIS. PECTORE. SORORIANTE. HABENS. MAMILLAS. cæterum corpus, nullo velamine opertum, sed
aperta omnia, & nuda, nisi quod pudor tegit, PVRISSIMA. ET. OMNIS. CVLTVS. EXPERS. ABSCISSAM. IN. DEX-
TRA. BERENICES. COMAM. TENENS.

PVLCRITUDO. vocatur.

Alterius FRONS. COMIS. AVREIS. PRECIOSISQVE. LAPILLIS. NITET. GEMMEVSQVE. TORQVES. E. COL-
LO. DEPENDET. DEXTERA. CADVCEVM. SVSTINET. ET. ATTALICA. TOGA. COERVLEAQVE. PAL-
LA. INSIGNIS. TABVLAM. ELEGANTER. PICTAM. IN. MANV. HABET. IN. QVO. OMNES. SEQVEN-
TES. secundum ordinem. VIRTVTES. AD. VIVVM. PICTÆ. ELYCESCVNT.

Agmen enim ducit,

VIRGO. PALLENTI. VULTU. ASBESTINA. ET. UNDLATA. VESTE. COA. NEC. SCISSILI. PALLIASTRO.
ORNATA. DEXTRA. IGNITABULUM. ARDENTIBVS. PRUNIS. CORRUSCANS. GERIT. LEVA. ARAM. CRU-
CE. ORNATAM. TENET. ET. HABITU. CORPORIS.

PIETATEM.

indicat.

PROXIMA. EST. VIRGO. COMPOSITO. CRINE. ET. MADIDIS. CINCINNORVM. FIMBRIIS. DECORA,
in quam MODESTIA, virgo subsequens, defixos tenet oculos, purissimum & suavissimum odorem exspirare videtur.
NIVEVM. CYGNVM. IN. SINV. FOVENS. NVDO. PECTORE. INTIMAM.

ANIMI. ET. VITÆ. CANDOREM.

exprimens, quam felix tandem, dulcisq; exitus eos maneat, qui puritatem, toto pectore colunt, ostendens.

Hanc sequitur VIRGO. VVLTV. AD. MODESTIAM. ET. HVMANITATEM. COMPOSITO. JANTHINA.
CORPVS. TVNICA. ET. THERIASTRVM. TEGIT. VELO. CAPVT. OBTVBIT. ORE. ET. HABITV.

CLEMENTIAM.

monstrans,

Hujus ASSECLA. EST. VIRGO. COMPOSITO. CAPILLO. POLYMITA. NITENS. VESTE. INFLEXA. DEX-
TRA. SVVM. IPSA. SVSTINET. MENTVM. IN. SVBLIMEM. SOLEM. ACIEM. INTENDENS. OCVLORVM.
PONE. HANG. AQVILA. EXCVBAT, FVSCA. PLVMA. NIGRISQVE. PENNIS. qua ardentibus oculis

PER.

PERSPICACITATEM.

quasi DOMINAM eandem designant.

Post hanc IN: REGIO. SOLIO. fragranti Diapasmate consperso, CVRVI. AVREO. SEDET. VIRGO (semper VIRGO, ex capite JOVIS armata nata,) GALEATA. CLYPEUM QVE. PALLADIS, miro artificio structum, GERENS. NITIDA. PRETIOSO. DIADEMATE. CORONATA. GLASTINA. VESTE ET. NITIDO. VELO. AMICTA. ANTIAS. AURO. INFLEXAS. HABENS. IN. CUIUS. MEDIO. PECTORE. SOL. EMICAT, purissima lucis radios undecumq; diffundens. SINISTRA. SPECVLVM. ADAMANTINUM. DEXTRA. OCVLATAM. SUSTINENS. VIRGAM. ET. TABVLAM. IN. QVA. SEPTEM. SAPIENTVM. NOMINA. INSCVLPATA. SVNT, ut primo aspectu DIVINITUS. ORTAM. SAPIENTIAM.

esse, quisquis intuentiam intelligat.

Hac ASSECLAM. HABET. VIRGINEM. VESTE. BYSSINA. ET. FLAVO. FULGENTEM. CRINE. MINUTULA. TUNICA. FOCALIS. COLLUM. MUNIT. STROPHIISQVE. CASTAS. PAPILLAS. COHIBET. QVO. AD. HUMEROS. LACERTOSQVE. NUDA. CAPUT. CASSIDE. CRISTATA. TECTUM. CABALLO. INSIDET. GENEROSO, humero lacertog, agili, capronis propendulis. IN. CATADROMO. GLADIO. CINCTA. EST. LANCEAM. SIVE. FRAMEAM. DEXTRA. AGILEM. AUREO. ANNULO. CORONAQVE. LAUREA. ORNATAM. GERIT. CUI. CERYX. PRÆIT.

EXERCITIORUM. PRINCIPALIVM. PERITIAM.

Monstrat.

Huic asidet VIRGO. DECORA. RAVA. PALLA. TECTA. AUREIS. SIDERIBUS. CONTEXTA. VITTA. BAPHICO. TINCTA. COLORE. FRONTEM. ORNAT. UNA. MANU. SPICAM. TENET. MULTA. PROLE. FOECUNDAM. ET. ARISTARUM. VALLO. MUNITAM. ALTERA. AMALTHEÆ. CORNU. COMPLEXA, undiq; amorem spirans, pannosa indigentium turba, pueris, senibus, viduis, fusco capitis obvolutis, ob

MUNIFICENTIAM.

opes dapiles elargiens.

Succedit alia TALAREM. GILVUM. ET. PVRAM. TVNICVLAM. DIBAPHAM. HABENS. VIRIDI. STROPHIOLO. PRÆCINCTA. REGIÆ. POTESTATIS. INSIGNIA, ANTIQVOS. BETULLEOS. FASCES. SECURIS. ACIE. MUNITOS.

defert,

REGENDI. ET. IMPERANDI. PERITIAM.

indicans.

In subditis corrigenda

esse mutanda,

Non verò concedenda,

abscindenda:

Vel

Lynceis oculis vitam virtutesq; discernendas.

Et

Bonis premia; improbis pœnas esse rependendas.

Agmen claudis

VIRGO. VESTE. SAPHIRICA. ET. ENDROMITE. CINCTA. AQVILE. VOLANTI. INSIDET. ORE. PATULO.

FAMÆ. TUBAM.

collo gerit. Hec omnia clarè demonstrant

PRINCIPEM. NOSTRUM.

jam baride jacentem, TABVLAM fuisse, in quam NATURA. PICTRIX. figuram, omnibus virtutibus Cardinalibus animatam, vivis lineamentis atq; coloribus, artificiosè depinxit, ut jurares, è Tabulâ hâc, omnes profuissse virtutes, quasi viventes & animatas, ac si PLASTICE. MATRE. genita, adstent.

Advola igitur

FAMA.

Licet è FAMAGUSTA, in cypro tibi advolandum, dupliciq; tubâ,

LAUDES. VIRTUTESQVE. IMMORTALES,

PRINCIPIS.

Inauditi exempli,

de quo

merito ex Iscano, in Antioch. de Arthuro, dici potest:

Prisca parem nescit, æqualem postera nullum,

exhibitura dies.

decanta, totiq; Orbi fac notas:

TACITURNITATEM: plurima enim intra dentium vallum, linguâ compressâ, (quæ ob silentii signum SACRA. DICTA.) retinenda esse duxit.

PUDICITIAM: Vana non audivit, sed obduratâ aure contempsit, dona Dei pretiosissima, libidine aut luxuriâ, in corpore pulcherrimo, non debonestavit;

PIETATEM: Scivit enim, quam felix, dulcisq; exitus eum maneat, qui sanctitatem & pietatem toto pectore colat;

ANIMI. CANDOREM: quam erga omnes, imprimis Viros, etiâ supra laudationem insignes, præstitit, titillantis gloriola vanitatem rejecit;

PERSPICACITATEM: Lynceis enim oculis, vitia à virtutibus potuit discernere; pro dignitate humaniter pro humanitate decenter, unicuiq; prout conditio postulabat, sine ostendatione cordatè & causè se præstitit.

SA.

SAPIENTIAM: quam non simulatè præ se tulit, nec neglecto omni Divino cultu, quasi solam terram saperet, sed Ze-
religioso id præstitit.

EXERCITIORUM. HEROICORUM. PERITIAM: Exercitiis enim, quæ PRINCIPÌ decet; Equitatu lanceam ad metam
annularemsummâ cum laude figendo, & peditaru hastam ensemq; vibrando.
ut viridem Æneas frondenti ex ilice metam
constituit.

cumq; Agonothetæ applausu gloriam sibi comparavit.

MUNIFICENTIAM: Ergò omnes, imprimis suos, quos cunctos a deo diligebat, ut forsitan non rarenter secum cogitave-
rit illa Alexandri Severi, cui quid præstitisset, & si quos sciret, nil petuisse, calcar eras, ut quid peterent, & ipse illorum de-
bitor fieret.

IMPERANDI. PERITIAM: Si enim Deus vitam prolongasset, scientiam habuit, ut sub eo, & tanquam sub platani umbr-
udo cælo subditi sese recipere potuissent, subditig; talem aliquando nacti fuissent PRINCIPEM, qualis inter apum examini
REX nascitur, corpore animi dotibus insignem.

Non dubitandum, si hanc Virtutum Tabulam, exactè depictam, olim Cæsareus Dictator intentis oculis contempla-
set, uti Tabulam Titæachi, quam pro octoginta talentis redemit, hanc non pro mille talentis redemisset, sed pro inestimabi-
habuisset.

IV.

Latus

EGRESSUM. ET. MORTEM.

representat

FEMINA CIRCULO. CIRCUMDATA. Vita ortum nil ab occasu distare, notans, ANTHROPOPHAGA. HASTILE
SVSTINENS. TÆDAM. DEXTERA. ARDENTEM. animam, vitamq; instar facis lucentem, TENENS. ALTERA. A
NANCÆVM. FATALE porrigens. Hanc sequitur ROBUSTVS. VEGETVS QVE. SENEX. IMMANI
BVS. MEMBRIS. SEMICANO. ET. INTENSO. CAPILLO. CONTRACTO. SVPERCILIO. HORRENDVS. ALATO
HVMERO. FEBRE. ACVTA. ARMATVS. MACVLIS QVE. RVBRIS. TINCTVS. AMPHITAPA. CINCTVS. CVI
LANIFICÆ. TRES. SORORES. PROXIMÆ. SEDENT.

(Altera tenui pallio, colore bœtico, induta, edentula, stamina è colo deducens.

Altera, scisili & fusco caputio obtecta. teretem versans pollice fufum.

Ultima amphitapa & gauſapinâ tunicâ, villosâ, cincta, acutis atqve implacatis forficibus fila eadem reci-
dens.)

FALCE. MESSORIA. ACUTA. FLOREM. ET. SUMMITATEM. PLANTÆ. RUTACEÆ. TENERRIMAM. RESE-
CAT. INQVE. TERRAM. PROJICIT. CONFESTIM. EX. VULNERATA. PLANTA. COPIOSISSIMA. EF-
FLUIT. LYMPHA. RIVULUM. EFFICIENS. INGENTEM. CIRCA. QVEM. PRÆFICÆ. LUGENTES. CHIRO-
MACTRON. MANIBUS. COMPREHENDENTES. CIPPO. SEDENT.

HUNC. A. SENE. REJECTUM. FLOREM. JUVENIS. ALATUS. AUREA. VESTITUS. VESTE. AD. TALOS. DE-
MISSA. AUREIS. SIDERIBUS. IN. CAMPUM. TRANSFERT. ELYSIUM. cujus semitæ & areolæ tonsili, aureisq; fo-
liis, MYRTO marginatæ, INQVE. TERRAM. TRANSPLANTAT. ARGENTĒAM. UBI. AFFLATU. AURÆ. PLA-
CIDISSIMÆ. RORĒ. AUREO. IRRORATUS. CRESCIT. UT. PROCERITATE. CEDRUM. ODORE. LAURUM
ÆTATE. ANNOSAM. QVERCUM. VINCAT. PERPĒTUOQVE. AB. INNUMERIS. ALITIBUS. (qui omnes
tri laterum instrumentum, DEITATEM, demonstrans, & TRIADEM in MONADE, & MONADEM in TRIADE
agnoscendum & venerandum esse, indicans, manibus complectuntur) ab omnibus infortuniis defenditur,

in

AMOENISSIMUM. HUNC. HORTUM.

PRINCEPS. NOSTER; morte peremptus, DELATUS. DIADEMATE. CORONATUS. GLASTINA. VESTE. AMICTUS. CURVUL,
AUREO. SEDET, OVANSQVE, TRIUMPHUM. AGIT. AB. ANGELIS. VICET. VIRETQVE. INSTAR. LAURI, proceritate scalam ab
ANACHORESARCHA. visam, representantis, perquam MONTICOLÆ & COELICOLÆ, ascendunt, descenduntqve, ibi

- - - micat inter omnes,

Saxonum Sydus, velut inter ignes

Luna minores.

Odeum hoc ingressus PRINCEPS. NOSTER, piè defunctus, cœleste, ubi ad recreandum animum MUSICI
COELESTES. svavisimis, indefinenter inter se vocibus certant, & discordium nervorum concordia PRINCIPIS
sures, animumqve in æternum ad sese alliciunt, rapiunt, protrahunt.

Sic

VIVIT

PRINCEPS. NOSTER.

Latus in cælo

nos,

proh dolor!

Tristes in cæno.

Vale Viator.

Nam

Non plus ultra.

CIZÆ, Stannô Hæred. Cellarii.



saperet, sed Ze

ream ad metam

secum cogitave

ipse illorum de

sub platani umbr

er apum examin

oculis contempla

d pro inestimabi

AGA. HASTILE

NS. ALTERA. A

NEX. IMMANI

ENDUS. ALATO

CINCTVS. CVI

s fila eadem reci

RIMAM. RESE

OSISSIMA. EF

NTES. CHIRO

D. TALOS. DE

n fili, aureisq; fo

U. AURÆ. PLA

ORE. LAURUM

IS. (qui omnes

EM in TRIADE

fenditur,

MICTUS. CURUZY

ritate scalam ab

enduntqve, ibi

imum MUSICI

rdiâ PRINCIPIS

...

...

...

...

...

...

...

...

ULB Halle 3
 004 969 057


f

VDP

21





hic ostenditur

PRINCIPEM, NOSTRUM.

Ex antiquissima prosapia & Sangvine

REGIO. ET, PRINCIPALI.

SAXONICO.

Rutæ insignia gerente

Tanquam aureâ catenâ e cælò detractum fuisse;

MAGNI. WITTIK
Quiob

IS. SAXONIÆ.
ortena

ILLUST
FRIDEI

NO.
ELMO.

DUCE. SAXONIÆ

ET. MONTIUM.

LANDGRAVIO. THURINGIÆ. MARCÆ.
GICÆ. MARCÆ.

CIPE. DITIONIS. HENNEBER-
ENSTEIN. &c.

ILLUSTRI
DOMINA

INA.
BILLA.

ET. NATU. ET. NUPTU. DUCISSA

NTIUM. LANDGRAVIA. THL,

RINGIÆ. MARCHIONISSA. M

EBERGICÆ. MARCÆ. ET.

DOMINA.

ISSIMA.

*Quò nil unquam quid e
Quem nec ALCINÆ. ADO*
Purpureum v

is habuerunt.
bite FLOREM.

representat
GRAVIS. ET. HONESTUS. JUVENIS. BADIÀ. VESTE. IN. GENUA. DECRESCENS?

Cui

VIR. VENERANDUS. IN. PERIPATO. AMBULANS. IN. INGENTI. ET. NOBILI. PLUTEORUM. EDIFICIO.
nigra nucis asseribus affabrè dolatis, ac decore segmentatis, striatis undiq; columnis, ornato, innumera librorum recepta-
cula.

